



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. VII. Tolutim ire. Acupedius. Sonticum. Remos detondere. Emendatus
Nonij versus, & complures Lucillij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

Illud homini occupasse libros pro *animam*, minus mirabitur qui idem irrepsisse in omnes libros cogitavit apud Ciceronem in epistolis, in illo Traber:

Ego voluptatem animi nimiam.

CAPVT VII.

Tolutim ire. Acupedius. Sonticum. Remos detonare. Ennodius datus Nonij versus, & complures Lucillij.

LUCILLII versum Nonius adducit in Tolutim.

Idem: Velle tolutim hic semper incepturus videtur.

Eam p[ro]d[omi] mutatione restituere conabar,

Velle tolutim hic semper incessura videtur.

Loquitur de milite, qui magnifice & equi tolutim in modum se inferat, siue etiam qui celeriter, & acupedius sit: sic enim veteres *ποδώνια* transferunt, sed verius prius. Incedere, siue, vt Plautus, *καδὲ* in tolutim equi gradarij est: hinc migratione in alienum tolutim ire accelerare est. Nouius: *Dixiturum in Tolutim*.

Sic lego, littera extrita. Inde tolutiloquentia, quam interpretatur M. Tullius volubilitatem verborum lingua exercitata & celeri. Nouius Gallinaria:

O pestifera, Pontica, fera, trux tolutiloquentia.

Vbi reponendum moneo pro Pontica, quæ vox quædam sibi velit, hinc quidem, non video, *sontica*; hoc est, noxia & lethalis. Nam sonticus morbus est qui diurnitate noxius, & sontica causa grauis, & quam subterfugere non possis. In Gubernaria.

Lucillius Satur. xx. Proras despoliate & detumescite gubernaria.

Lege, *detondete*. Gubernaria posita pro gubernaculo *ἑλληνισμῶ* Nonius hinc admonet, & imitatus est, vt ple

huius poetæ, Lucretius. Detondere gubernacula aliis remos detergere est. Cæsar primo De Bel. Civ. Remos transcurrentes detergere, si possent, contenderent. In Fulgère.

Lucilli. Satur. xi. Conuentus pulcer! braccæ, saga, fulgere torques Magni.

voce vltima inducta corrige, Manli. Gallis peculiatum habitum notat, braccas, saga virgata, torques, quos iocosè Manlij dicit, quòd T. Manlius torque Gallo detracto Torquatum cognomen in familiam induxerit. Eundem habitum ex parte Tacitus tantum in historia Augusta, de Cæcina loquens. Ornatus municipia & colonie in superbiam traherent, quòd infulgore sagulo braccas tegmen barbarum indutus togatos diceretur. Vbi nescio an è glossemate sint illa, braccæ tegmen barbarum indutus, & legendum sit, braccatus togatos, vt aliàs Latini. Certè non ita ignotæ Taciti saculo braccæ, vt explicandæ essent. hoc tamen potius, non etiam adfirmo.

CAPVT IIX.

Consilium. Consiliari. Opus approbare. Durare. Illustratus Plautus Pænulo & Asinaria.

FULLONIAM hoc capite demereri mihi lubet, eademque elegantem locum Plauti illustrare, primore fabula.

Placet consilium. M. I. immò etiam vbi expoliuero,

Magis hoc tum demum dices, nunc etiam rude est.

Duo olim fullonum officia erant; vestem eluere & cogere vnum, alterum eandem creta candefacere: aliud consiliari dicebant, & ipsam actionem, quod consilio multo pedum fieret, consilium; hoc, expolire.

Varro